

Johann Quistorp

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius S. S. Theologiae Doctor,
Professor & Ecclesiastes. Ad Exequias, quas Viro ... Joachimo Schultzen Civi
huius Urbis primario, Vidua eiusdem moestißima paratas expetit Omnes omnium
ordinum Academiae Cives ... invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774764546>

Druck Freier  Zugang



Quistorp, J.,

in

J. Schultze.

Rostock, 1631.

33.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774764546/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774764546/phys_0002)

DFG



RECTOR

Academie Rostochiensis
JOHANNES QUISTORPIUS

S. S. Theologiaz Doctor, Professor
& Ecclesiastes.

Ad

Exequias,

quas

Viro Spectatissimo

JOACHIMO

Schulzen

Civihujus Urbis primario,

Vidua ejusdem mestissima paratas expetit

Omnes Omnim Ordinum Academiz Cives
peramanter invitat



ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
ANNO. M. DC. XXXI.

RECTOR
Academiæ Rostochiensis
JOHANNES QUISTORPIUS
S. S. Theologiæ Doctor, Professor,
& Ecclesiastes.

N: On de nihilo est,
quod de Ægyptijs Herodotus, alijq; refe-
runt, eos in convivio-
rum solemnitatibus,
convivantibus & com-
messantibus, imaginem, qua mortui
cadaver referret, proposuisse. Cen-
suerunt enim hi, mortalitatis nostræ
recordationem facilius à nobis impe-
trari, eandemq; fixius imprimi posse,
si illa, imagine quasi ejusdē vivâ & præ-
senti,

senti, quam si verbis tantum inculcare-
tur. Nobis quamvis ille mos non sit,
non tamen desunt, per quæ de nostra
mortalitate admoneamur. Nam si vel
illos solum respicimus, quos singulis
diebus ad sepulturam efferri cernimus,
qui nostræ nobis mortalitatis memori-
am refricant, longè plurimos habe-
mus. Compellant illi nos. Memor e-
sto judicij nostri, sic enim erit & tuum.
Nobis heri cras tibi. Inter illos est,
quem hodie dormitorio inferendum,
eò comitabimur, *Dn. Joachimus Schulze*
Vir ornatissimus, & Civis hujus Urbis
præcipuus. Natus est ille hic apud nos
Rostochij, anno 1581. die quarto De-
cembris, parentibus pijs & honestis,
patre *Joacimo Schulzen* cive primario, &
patriæ amantissimo, cui servivit, cum
in alijs officijs quæ sustinuit reipub. cau-
sa, tum in fideli cura ædis Marianæ, cui

A 2 annis

annis compluribus præfuit; matre ~~K~~
~~nigardi~~ Dobbiniæ, ex veteri Dobbiniorum
apud nos familia genita, matrona, illis
virtutibus, quæ istum sexum decorant,
ornatissima. Hi quos dixi parentes, E-
mortuum nostrum, juxta Apostoli mo-
nitum, in disciplina & correptione Do-
mini educarunt. Primùm apud nos
Senatoriæ scholæ præceptoribus com-
miserunt; & cum in ea, illam linguarū
sibi parasset cognitionem, ut cum fru-
ctu in Schola regia versari posset, in A-
cademia docentes audivit, linguarum
quæ cæperat studia continuavit, &
juxta cum illis, artes liberales didicit.
Postea ex consilio suorum Francofur-
tum ad Oderam missus, ea quæ hic di-
dicerat, confirmavit, & auxit, operâ se-
dulâ suorum quos ibi invenit præce-
ptorum, Virorum omnis doctrinæ lau-
de insignium, D. Christophori Pelargi,

D. An-

D. Andreæ Wenzelij, D. Jacobi Eberti
& M. Stampelij, in quorum ille se pe-
netravit familiaritatē, qui & präsentem
dilexerunt. Domum inde redijt; &
postquam aliquandiu apud nos substi-
tisset, & cœptam studiorum telam per-
texuisset, Giessam, post parentis obi-
tum, perrexit, ubi celeberrimis illis,
qui in ea Schola tum temporis vivebāt
Theologis, D. Johanni Winckelman-
no. D. Balthasari Menzero, & D. Hin-
rico Eckhardo sedulam dedit operam,
seq; in omnibus Theologici studij par-
tibus, legendo, auscultando, disputan-
do, & concionando exercuit. Quum
vero animum induxisset suum, non pa-
rum sibi in omni vita profuturum, si
plurimorum mores disceret, Palatina-
tum, Alsatiam, Brisgojam & Helve-
tiā peragravit, clarissimos in his locis
degentes viros compellavit, & cum i-

A 3

isdem

isdem conversatus fuit. Reducem in-
de eum patria habuit, & quum omni-
um opinione, quos sibi eruditionis pa-
rarat thesauros, in scholarum & tem-
plorum usus prompturus putaretur:
nihilominus tamen sive naturæ quo-
dam tacito instinctu; sive exemplis a-
lliorum illeitus, sive alijs causis induct⁹,
civium urbis ordini, quam literatorum
censui ascribi voluit. Provida igitur
cœlestis parentis cura, primūm hone-
stissimæ, & rei familiaris gubernandæ,
curandæ, & augendæ scientissimæ fœ-
minæ, *Anna von der Lühen*/ tum viduæ, a-
more captus, anno 1619. paterfamilias,
& civis hujus Urbis factus est. Quæ cum
anno ab hinc tertio, ad cœlestia gau-
dia migraret; postmodum virgini ho-
nestæ, & rerum œconomicarum benè
peritæ, Margaretæ Bolteniæ fidem
matrimonij dedit: cum qua tertium in
annum

annum concors illi conjugium fuit. In
utroq; conjugio, quod desideraret ni-
hil habuit, præterquam quod ex se na-
tam prolem non vidit. Ante aliquot
septimanias difficultas respirationis, ex
desfluxu humorum pulmones infestan-
tium, nata: Eum lecto affixit, tan-
demq; ei vitæ finem, decimo octavo
Maij, postquam illam annos quadra-
ginta novem, & sex menses vixisset, at-
tulit. Quum vero ex morbi vehemen-
tia nihil aliud colligere haberet, quam
sibi hoc mundo ex eundum esse, non
solum patienter eum toleravit, & ejus
difficultates superavit, sed & se totum
ad beatam emigrationem, ex hac, in
meliorem vitam composuit, quoq; hoc
iter felicius conficeret, corporis & san-
guinis Christi viatico se pasci curavit;
Usus est ad hanc rem opera Reverendi
& Clarissimi Viri Dn. M. Johannis
Gold-

Goldstenij Superintendentis & pasto-
ris Nicolaitani, ut dignissimi ita fidelis-
simi. Planissimè persuasi sumus, Eum
nunc terrena hæc ex alto despicere, &
vitam hāc, quæ amarore plenissima, cū
altera Cœlesti, quæ gaudio refertissima
est permutaſſe. Noſtrum erit Acade-
miae Cives, corporis exuvias ad medium
primam hodiernam in templo Nico-
laitano terræ commendendas, frequen-
ti comitatu, eò deducere. Ultimum
hoc humanitatis officium, ut vestri or-
dinis faventissimo exhibeatis, ab omni-
bus & singulis amicè contendeo. Quos
insuper adhortor, ut ardentissimis pre-
cibus Deum ſollicitent, tandem cle-
mens nos respiciat,flammam bellicam,
Germaniam, Patriam noſtram de po-
pulantem extinguat, & tot ſpirijs, tot
votis ex petita pace beet. P.P. Rostochij
21. Maij Anno 1631.

MS 28










Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774764546/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774764546/phys_0016)

DFG

annum concors illi conj
utroq; conjugio, quod c
hil habuit, præterquam
tam prolem non vidit.
septimanas difficultas re
desfluxu humorum pulm
tium , nata : Eum lecto
demq; ei vitæ finem, d
Maij, postquam illam a
ginta novem, & sex men
tulit. Quum vero ex mo
tia nihil aliud colligere h
sibi hoc mundo ex eund
solum patienter eum tol
difficultates superavit, se
ad beatam emigrationem
meliorem vitam composu
iter felicius conficeret, co
guinis Christi viatico se p
Usus est ad hanc rem oper
& Clarissimi Viri Dn.



uit. In
ret ni
se na
iquot
is, ex
estan
, tan
ctavo
adra
et, at
men
quam
non
ejus
otum
c, in
hoc
san
avits;
endi
nnis
old-